 de tū iſte glorioſiſſim⁹ pater
 auguſtinus viuens idman-
 onem ad iſtos filios ſuos in
 quocūq; ſtatu exiſteret ut vi-
 ſū eſt ſemp habuerit ſingula-
 re. et fratres ad ipſū ſicut ad

tantū patre affectū ab olim
 semp gesserint filialē. hoc idē
 possibilitatis spem ut ita dicā
 possibiliter prebuit. ut aliqñ ad
 insperatū prebuit. ut aliqñ ad
 sue corporalis rationis originem
 rediret pater et filij. demū celest
 hū tūmū ratione ipso patre du
 re largiente dño pariter com
 māsura. Potuit etiā ad facili
 tandū idem negotiū aliquali
 ter suffragari hoc qđ iura fa
 uent spoliatis. fratres autē se
 oli possedisse corpus illud oī
 veneratōe noiandū sed paga
 nita psecutioē se cietos et fu
 gatos fuisse causabatur. Spo
 liatū autē ante oīa restituē
 dū omīa iura clamāt. Et qđ
 qm singula que facta sūt cir
 ca idem negotiū ppter antiq
 tatem tps forsitan plene pro
 babilia non fuerūt. aliqua ta
 men presūptionē verisilem i
 duxerūt. Quapropt sedes a
 postolica nō sine ratiōe mo
 ueri poterat ad assensū. Por
 to ista diu affectata reuino a
 regm facta esset. audā frī noi
 nato in ordine per visū reue
 lata fuit hoc modo. **V**ide
 batur enī ei q ipse nī mliis
 fratribus et melioribus psōv
 ordinis esset in ecclia quadā
 nō nostri ordīs. in qua erat
 quoddā sepulchrū eleuatum
 vni⁹ magni epi sicut ex figa
 p magnis desup sculpte ostē
 debatur. Quod quidē sepul
 chrū nun⁹ decenter a psōnis
 illius ecclie tenebatur. Nam
 pulpita et mdelabra atiqua

tū pulueribus irruenter sup
 iactata apparebāt. Itaq fratri
 bus in ecclia existētibus et sepul
 chrū aspiciētibus. ecce ymago
 episcopi visa est se eleuare. et il
 las stonas sup se iactatas indig
 nāter retere. Et sic surgēs episc
 pus de tumulto pōtifficaliter indu
 tus iuit stāe ante altare. et iu
 tans fratres ad se cātare cepit.
 venite uēite venite filij audite
 me timorem dñi docebo vos. Et
 cātant hec verba in nota gra
 dualis sicut epi in intronizati
 bus cātare solent. Quo expleto se
 dit. et fratres ōnes ante se per or
 dinē sedē iussit. et tūc dulcem
 exhortationē velut pater suis
 filijs fecit. Ex quo iste frater in
 tellerit in spiritu illū fore bñm
 augustinū. Volens enī idem an
 tistes frīb⁹ amorem ostendere
 singulare habebat quidē in y
 manu sua vitrū mundū tū
 potu valde claro et pulchro. bi
 bit ipse pmo et postea per ordi
 nē de manu singulis ppinant.
Antonas valde dulciter et tan
 tās illud. Aqua sapiēte saluta
 ris potant eos dñs. Et tū per
 uenisset epus ad fratē istum.
 bibit et ipse. fuit q potus nobi
 lis et dulcis. iusitatu saporem
 habēs. quasi clareti antiquū.
 ex quo potu frater iste totus ex
 hilaratus fuit. Et tū bibissent
 ōnes. episcopus bñdixit eis. et
 sic ad sepulchrū redire cepit.
Quod vidētes fratres vñāim
 ter fleuerūt dolētes de patris
 recessu. Ipse autē consolans eos

paterne aut eis. Nolite flere fili. ecce enim vobiscum ero usque ad consummationem seculi. Hoc dicto frater iste angustavit. et invenit os suum lingua et palatum de potu illo valde dulcoratum. Unde repletus stupore et gaudio. gratias egit deo sperans illam visionem non esse otiosam. sed aliquid boni pro ordine presagiam. sicut non multo post dicitur in effectu. Nam infra duos menses vel circa venerunt littere tertede curia romana nuntiantes nova. quomodo corpus beatissimi patris augustini esset ordini redonatum per omnia benedictus deus.

Qualiter sancta mater ecclesia fuerit instituta et auctrix istius ordinis. C. IX

Congregem in unum ea que a sancta romana ecclesia circa istum ordinem gesta sunt. et invenimus ea esse veram et immediatam huius ordinis institutionem. Et hoc veneranda est singularis prerogativa ordinis huius que de nullo alio ordine reperitur. Videamus ergo primo quomodo beatus augustinus olim circa fratres suos in hemmo patres necesse egerit. Ipse deinde eos undique per hemmos divinos in unum congregavit. et cum eis vixit. ut patet super capitulo vii. Item modum vivendi et regulam eis tradidit. ut infra parte secunda capitulo xiii. Item habitum eis contulit. ut super capitulo xv. Item titulum imposuit eis. ut super capitulo xvii. Item officium divinum eis

tribuit. ut infra parte secunda capitulo xv. Item ad officium predicationis et confessionis eos deputavit. ut super capitulo xvi. Hec omnia que de concernunt constitutionem ordinis. Et quis unquam constitutorum aliorum ordinum plura in sua institutione ordinis peregerit. Sed in uno solo beatus augustinus minus fecit. quod videlicet confirmationem sui ordinis a sede apostolica non impetravit contentus auctoritate ordinaria in dyocesi sua. Nec mirum. Non enim illo adhuc tempore usus soleretur sedem apostolicam circa talia occupari. quia nulla adhuc fuit prohibitio restrictio de ordinibus instituendis. sed quilibet libere deo servavit. si aut libuit. Presertim cum ante tempora sancti augustini nullus adhuc ordo regularis fuerit ab ecclesia solemniter approbatus. De hoc infra parte tertia capitulo iii. Unde sanctus paulus primo heremita. sanctus arthony secundus. hylarion et ceteri preses de quibus in vitaspam et collationibus primo scribitur. serviebant deo sicut eis deus inspiravit. et eorum quilibet suis discipulis modum vivendi tradidit. nullus tamen eorum regulam aliam quam approbatam per sedem apostolicam edidit. Sic et augustinus de cautelis modernis temporibus minime cogitavit. Novissimus autem temporibus quando placuit fuisse doctrinam sancti augustini dispersionem congregationem de qua super capitulo xiii. Dum peteret ordinis confirmatio ad istam aliorum ordi-

nū qui tū tuncis modernis tps
 fuerunt. nec ppter diuinitatē
 tā longem tps de pmissis insti
 tutione ordinis cōcernentibus
 per beatū augustinū circa suū
 ordinē actitatis vsqueq; sedi a
 postolice darū esset. sed videre
 ē in obliuionē ex lapsu tot ge
 nerationū et tpm trāsuisse.
 licet uersilia apparent. Igitur
 sacra mater ecclia premissa oia
 per beatū augustinū circa or
 dinē gesta quasi de nouo auc
 toritate aplia per semetipsā in
 mediate uitate egit instituit et
 auctorizauit. Ipsa enī sacrosā
 ecclia frēs dispersos in unū
 congregauit. quod fuit in ordinē
 unione. de quo sup caplo xiiii
 te regulā eis tradidit et mo
 dū proficēdi determinauit. et cō
 stantiores authenticauit. ut patz
 ibidē et infra pte scda caplo
 xiiii. Te habitum frīb; specu
 firauit. ut sup caplo xv. Te ti
 tulū eis iposuit. ut sup ca xvi
 Te officū diuinū eis assigna
 uit. ut sup ca xiiii. et infra pte
 scda ca xv. Te ad pōtationis
 et cōfessionis officia eos deputa
 uit. ut sup ca xvi. Preterā ulā
 premissa oia eadem mater
 ecclia ut euidenter facto ostēdet
 hūc ordinē sic per ipsā institu
 ti esse verū ordinē sancti au
 gustini. et fratres ipsius ordinis
 esse filios ueros et mēbra uera
 eiusdē patris ipos a situt uero
 suo pā ac capiti cōadaptauit et
 tenuit ut sup ca xviii. Et in
 hīs omnibus eadē mater ecclia

ordinē ipsū confirmauit stabili
 uit et solidauit. eosq; fratres in
 spēales suos filios adoptauit. et
 a cuiuscūq; alius potestate et
 iurisdictionē exemit pesus et liba
 uit. ut sup ca xvi. Quid ultra
 her quis alius circa romanā ec
 cliam ordinē cuiuscūq; institutor
 facē posset. ymo quis uel ista pos
 set? Nemo plane. Ipsa enī sacro
 scā romana ecclia sola est a qua
 gracie ros spgitur. ymber sero
 tim' fūdatur. Omnibus spūaliter
 uiuētibus uita influit sicut mē
 bra a capite. uidiū a lūc. ramo
 ab arbore. et riuo a fonte. et que
 in artibus suis dirigit a spiritu
 scō. tamqm sponsa xpi pudica et
 uirginitas que adulterari nō po
 test. prout her probatur uerbis
 gloriosi martiris et doctoris sancti
 cipriani et episcopi. que leguntur
 xxiiii q i loquitur dñs. Ergo ip
 sa sacra mater ecclia istū ordinē
 per semetipsā quasi a fūdame
 to instituit. magis authenticū
 estimo qm q quicūq; homo sac
 tus hoc fecisset. tū nulli dubiū
 esse liceat ipsā sanctā matrē
 eccliam regi a spū sancto. et q
 quid ab ea instituit uel statuit
 ex iustinctu spūs sancti gestum
 aut editū esse nullatenus dubi
 tatur. ut pbatur xxv q i viola
 tores et q ii. Igit et li di. Si quis
 dpaton' et c si ille et rre d. Sic
 ones. her igit sancta uio huius
 religionis potest ēē illa ciuitas
 id est ciuitū unio de qua dicitur
 in psalmo. Gloriosa dicta sūt de
 te ciuitas dei. Gloriosa inqm d

būs d

dicta sūt de pagnatione tua qm
olim habuisti de patre scilicet
augustino bto. gloriosissima
vero dicta sūt de institutioe tu
a qua habes a matre scilicet
sancta vniuersali ecclia.

**Qm graue sit fratri ab hac
sancta coione recedere. c. ix**

Quam que autē sit re
ligioso ab hac sancta
coione recedere appa
ret ex multis argumētis ma
ledictombus quas tales inuunt
de iure cōi preter eas que psta
tuta ordinis spēaliter talibus
infliguntur. **Prima** qā pecca
tū corū gōuū est qm aliorū.
Prā minus malū est viam
dñi non agnosce. qm post ag
nitā retroire. ut extra de apos
tatis. quidā. **Seda** qā excoi
catus est tā rānonie si habi
tū dimiserit. qm ab ordine si
habitū retinuerit. **Tercia** qz
infamis est saltē infamia ca
nonica. ut or q i illi qui. **Quarta**
quia inabilis est ad ecclias
tū officia et honores. **Quinta**
qā inhabilis est ad regnū
celorū optinendū. **Iuxta** illud
in euāgelio. **Nemo** mittēs ma
nū ad aratrū et respiciēs re
aptus est ad regnū celorum.
Frater quidā de nobili pro
genie scdm seculū presumes
de potētia amitorū. spreta obe
diētia ordinis. assupto alio
fratre non mur' insipiente. cri
uit conuentū suū sine obedi
ētia in habitu. per regionem
illam tēme diuagāda. Cūqz

in caplo prouinciali multi frēs
ut fieri solet congregati fuisset.
intrauerūt et isti locū capituli
vallati potētia seculari. ne quis
vel saltē dure psumeret eis lo
qui. Et intrātes ptnaater dif
finitōnū verba presumptuosa
plūima euomuerūt. Et tū pa
tres ibi pntes eos ad obediētia
am et hūilitatem exhortauerūt.
illi tanqm equi indomiti abs
freno magis pterue recalcitra
re nūme timuerūt. Et sic in
rebellione illa recedētes. dāpnā
et scandala plūma ordini inle
rūt. **Post** hec autē nondū an
no lapsō ambulātibus illis p
campos. subito in illū fratrem
nobilem venit spūs compū
tionis grādīs et cōmōtionis
tātē. qz quasi cōtremiscē repe
rūt omnia viscera eius. **Quod**
cernēs locus suus ait. **Quid**
mali habes. At ille tū ingen
ti gemitu dixit. **Qm** diu nos
miseri sic vadim' errabundi.
Veni inqz meū si vis. **Ego** iam
ista hora ibo ad qrendā grātia
ordinis. **Cui** tū respōdisset se
nullo mō velle ire ad carcerē.
quē sciret pro certo nō posse e
uadere si rediret. iste ait. **Ego**
carcerē et in mortē ire parat
sū. tantūmodo ut aīam meā
saluam. **Quod** audies ille re
tecto habitu ordīs discessit ab
ipso. **Iste** autē retento habitu
ordinis in torpe. et alio inou
to ne videtur solus in habitu
religiosis incedē. per iter longū
et laborosū prouincialem suū

quasi in et tunc inuenit. Cuius
 peruenisset ad pntiam mea qui
 tunc illo licet imeritus fugebat
 officio. cecidit in faciem ante pe
 des meos. Ego aut pmitus cu
 no agnoscens. qa mutatus v
 olutu et habitu erat. dixi ei. Qu
 na es tu et quid petis. At ille
 Ego su inquit pade ille que
 stus. Peto misericordiam dei et v
 viam. Cui ego. Et qua miseri
 am tibi facere potero qui ta
 enormiter cotra matre tuam
 sancta religionem sciendo offe
 disti. At ille. Illa tantu peto
 misericordiam vt locu penitencie ad
 emendandu peccata non mea
 michi denegat. Tunc impau si
 bi ut surget. queres ubi esset
 locus suus et habitus. At ille
 cleuas vestem qua desup erat
 indutus. ecce inq habitus or
 dinis que nuqm dimisi. Sora
 aut meus mecu venire nolu
 it. narraas quo ipse nutu diu
 no in via copunctus fuit. et
 qualiter solus eius ab ipso re
 cesserat. Tunc dixi ad eu. Scias
 te meruisse carcerem. nec de hoc
 aliq gen ap me poteris inuen
 re. Ad quod ille. Si inq carcerem
 ex paucetere. huc ad vos no antel
 fissen. Ego vero pbare voles an
 psuenerare vellet pulsans. nisi eu
 ad locu sequestratu duci ad ex
 partandu responsu. In castro
 vero ipsu perseuerante inueni
 ens ipenso sibi absolutiois bene
 ficio. desiam eu ad vnu conue
 ni bene distantem. trades sibi li
 bra meam aptam. In qua ma

dam pora ut istu fratre mor ut
 ad ipsu perueniret carceri ma
 tipare debet. Quia leam ipse f
 tauter accipies et ad conuentum
 sibi assignatu letanter proficis
 tens. sponte carcerem est ingres
 sus. Cui pena patientissime sus
 tinuit usq ad fine periodi p
 ordine prestatute. Ecce frater is
 te licet in principio recessus su
 a sacra ratione ordinis tu sono
 et in habitu ordinis recesserit. a
 ratione tamen ordinis copso
 recessit. quo sine superioris licen
 tia et aro auerso abcessit. Deq
 ad palliationem apostasie sue s
 suffragabat sibi delatio habitus
 quem nuqm dimisisse se asse
 ruit. quia habitus no facit n
 monachu sed pfectio et obser
 uatia regularis ut ex de regu
 laribz. Et si forte habitus tuere
 t eu a sententia canonis. non
 tamen a sententia ordis vel h
 hois cum tuetur. Hoc vnu
 autem memoriale factu est de
 isto fratre. q ipse tam subito
 taq mirabiliter copunctus ab
 errore suo fuit conuersus. Et q
 deposita quasi lupina rabie. si
 cut ouis scapm optulit ad mac
 tandu.

**Que statuta regule et constituta
 omni ordinis ad hanc rationem
 prima reducatur C. XXI**

Ad hanc rationem re
 ducuntur omnia statuta
 ordis sequentia de hys
 que recipiuntur ad hanc eandem
 rationem et modo receptionis
 et instructionis eorundem. Sicut

etiā est illud qđ ponitur in de-
creto obseruātie regularis. **In**
qm̄ quis statuatur esse in mōste-
rio. probet ppositū fratru atq;
exemplū. et ipse pbetur in o-
ni conuersatione ab illo qui
prior est et ceteris consentientib;
Item illud quod dicit in ser-
mone de margaritis regulā
institutionis. **Si** quis autē de
sepulo ad nrām conuersionē re-
uēnsiderat. pmo precipio ut
pbetur an uolūtas ex deo sit.
Non enī debet esse uolēta nec
coacta. nō mobilis sed sempit-
na. uitalis constantis. et omni
spū caritatis plena atq; per-
fecta. **Tūc** enī ei pponat quō
abneget ppriam uolūtatē.
Item illud quod pmittitur i
regula. p̄mū ppter quod in
vniū estis cōgregati. ut vniū
mes habitetis in domo. **Item**
ea que ponuntur in cōstitutio-
bus caplo xvi et xvii et xviii. **Itē**
ōnia statuta que loquuntur de
non exiēdo cōuentū. uel de mo-
do exiēdi et incedēdi extra locū
sicut est illud in regula. quan-
do pceditis simul ambulate. tū
uocatis quo itis siml̄ state. **In**
inressu statū habitu et in omib;
motibus vris nichil fiat quod
cuiusqm̄ offendat aspectū. sed
qđ uestis debeat sactitatem. **Il-**
lud. **Nec** eant ad balnea. siue q
quorūq; necesse fuit. min⁹ qm̄
duo uel tres. **Et** ille qui habet
aliquo eūdi necessitatē cum q
uel tū quibus ppositus iussit
ire debet. **Item** illud in alia re

gula. **Si** opera monasterii mit-
tatur fratres uendē sollicitē ca-
ueāt ne quid faciāt cont̄ precep-
tū et si aliquid emat ad necessi-
tatē monastii sollicitē et fidelit̄
ut serui dei agant. **Item** illud i
cōstitutioibus caplo xix et xx.
Itē omnia statuta loquētia de
apostatis et de recedētib; ab or-
dine sicut est illud in decreto ob-
seruātie regularis. **Sed** si conti-
gerit et aliquis ex qualibet cau-
sa necessitatis a monastio fue-
rit abstractus. ne uel mente cō-
cipiat scēi aliquid ferre de hys
ōnibus que in monastio fue-
rūt. siue ea que aliqm̄ tulerat. si-
ue ea que tū fratrib; acquisierat.
Et infra. **Quicūq;** prouocatus
ab aliquo de monastio uoluit
abscedē. aut redarguat puocan-
tē. aut inducat pposita. **Et** illud
idē quod infra subditur. **Si** in-
iurio repētinā ab hēris aut
hostilitatis supuenit tō caplo
xlii. **Item** illa statuta que loquū-
t de incorrigibilibus de fratru
societate prouocandis. sicut est il-
lud. in emendatoria uindictā. quā
si ferre recusauerit etiā si ipse nō
abcesserit de vā societate prouo-
catur. **Non** enī hoc fit crudeliter
sed misericorditer. ne contagione
pestifera plimos perdat. **Et** de e-
odem in cōstitutionib; capitu-
lo quinquagesimo.

Explicit pars prima

**Incipiunt capitula secunde par-
tis**

Quomodo debeat esse fr̄
bus cor vnū et aīa in
deo. *Capitū primū*

- De obedientia.* **ij**
*De virtute et efficacia fr̄iq̄
vere et sc̄te obedientie.* **iii**
*De b̄uolentia p̄latorū et
gr̄a subditos.* **iiii**
De caritate mutua fr̄m. **v**
*De discordia q̄m p̄niciosa sit
inter fratres.* **vi**
De hūilitate. **vii**
De patientia. **viii**
*De sup̄bia sp̄iali qua viri
religiosi siue in cōgregacōe siue
in solitudine viuētes p̄nicio
sissime ip̄ugnātur.* **ix**
De correptione frat̄na. **x**
*De caritate erga fr̄es infir
mos exercenda.* **xi**
*De patientia et gratiarū ac
tione infirmorū.* **xii**
*De ip̄aracōe frat̄ū ad mor
tem.* **xiii**
*De regula sancti augustini
qualiter fr̄ibus nostri ord̄is sit
collata et de constitucionibus
ord̄inis.* **xiiii**
*De officio d̄ino et modo can
tandi atq̄ psallendi.* **xv**
*De attentione in officio d̄ini
no et alijs orōnibus adhiben
da. et qualiter dyabolus men
tes orantū nitit distrahē.* **xvi**
*Qualiter q̄s ad oratione se
debeat ip̄parare.* **xvii**
*De ip̄aracōe specialiter ad
missam et ad sacram cōio
nem.* **xviii**
*De oracōis instācia
et ex̄audibilitate.* **xix**

*De ad ex̄audibilitate oratio
nis n̄re multū valet iteruen
tio vnus sancti.* **xx**

*De quadā oracōe sancti au
gustini perutili.* **xxi**

Item alia oratio eiusdem

*De diuina l̄ione seu studio
sacre scripte* **xxii**

*De spirituali sc̄ia et q̄liter
acquiratur.* **xxiii**

De opere manūū. **xxiiii**

*An aliqui religiosi eximan
tur ab ope manūū.* **xxv**

*De opibus fr̄ibus sancti au
gustini accomodis.* **xxvi**

De ociositate fugiēda. **xxvii**

*De castitate et pudicitia fra
trū.* **xxviii**

*De utilitate collucationis
carnis et sp̄us.* **xxix**

*De cautelis seu remedijs pro
custodia castitatis.* **xxx**

*De consumacōe vere et p̄
fecte castitatis.* **xxxi**

*Que statuta regule et cōsti
tucionū ord̄inis ad hāc sanc
tā cōtionem redūcātur.* **xxxii**

Exp̄haūt m̄pla sc̄te partis

Incipit pars secunda

*Quomodo debeat esse fr̄ibus
cor vnū et aīa vna in deo. Et i*

Item dicit glosa
sup̄ illud actūū
quarto multa
tudis credentiū
erat cor vnū et
aīa vna. *Qui
ita inquit viuūt ut sint om̄ia*

rōia in dño. cenobite vocantur.
Que vita tāto felicioꝝ est q̄nto sta-
 tū seculi futuri imitatur ubi o-
 nia erūt rōia. quia deus est om-
 nia in oñibus. Et quia ibi sū-
 ma est pax et securitas. nūitas
 in qua tipus hui⁹ uite p̄cessit
 iherusalem. id est visio pacis dic-
 ta est. **H**ec ibi. Et quo apparet
 q̄ rōio cenobitica de qua nos
 principaliter agim⁹. non tam
 consistit in corpali rōhabitatōe
 q̄m in spūali vniōe. que est
 sc̄da rōio supra memorata i
 p̄ncipio. que notat in eo qd̄
 dicitur in auctoritate ibi p̄eli-
 bata. Erat cor vñū et aīma.
 vna in deo. cui rōforme est qd̄
 dicit beatus augustin⁹ in re-
 gula. Et sic vobis cor vñū et
 aīma vna in deo. Et hec sc̄da
 rōio saluter spūalis rōionis.
 recte seq̄tur ad primā que fuit
 rōio localis rōhabitationis.
 nec prima valet sine sc̄da. O-
 portet enī si in vñū sum⁹ con-
 gregati corporaliter. ut simul
 habitem⁹ spūaliter. Non enī p̄-
 dest si nos cōtinet vna domus
 et separat diuersa voluntas.
Plus enī deus attēdit vnitatē
 aīmi q̄m loci. ut dicit hugo
 in expositione regule. Et ipse
 p̄r noster augustin⁹ in sermōe
 de filio prodigo ad fr̄es suos i
 hōmo sic ait. Cogitate fratres
 ad quid venim⁹. esse in solitudi-
 ne. ut secundū apostolicā for-
 mā remoti⁹ viuere valeam⁹.

Locus enī non facit sanctos. sed
 bona opatio locū sanctificabit
 et nos. **P**ertinuit enī angelus
 in celo. pertinuit adā in paradiso
 et tamē illo nullus sanctoꝝ erat
Si enī loca habitatoꝝm tueri
 possent. nec angelus nec homo
 a dignitate sua corruisset. **H**ec au-
 gustin⁹. **U**nde enā subditur in
 collationibus pat̄ri collando ab
 batis ioseph illud quod in psal-
 mo scribitur. **E**re q̄m bonū et q̄
 iocundū habitare fratres in v-
 nū non debet intelligi localiter
 sed mentaliter. **N**icha enī pro-
 dest si moribus ac p̄posito dīstī-
 tes habitatoꝝe iungam⁹. quia
 apud deū solū coniūgit morū
 rōhabitatō. nō autem vnitā-
 mansio locorū. **Q**ualiter autē
 diuisimode accipiatur hec duo cor
 et aīa. an forte pro eodē stent ve-
 lut singula p̄scrutandū est.
Et quidē sup̄ illo verbo mathē-
 rē diligens dñm deū tuū ex
 toto corde tuo et ex tota aīa tua
 diuersi doctores cor et aīam
 diuisimode diuersificant. licet
 gregorius dicat ibi esse per o-
 nia inuicem verborum
Sed quoniam in presenti nego-
 tio intētionem beati augusti-
 ni per cor vñū intelligit vnitatē
 voluntatis. per aīam vñū
 vnitatē vite seu vna for-
 ma viuendi. sc̄dm q̄ p̄r augus-
 tin⁹ inuit ymo expresse dicit
 in sermone quodā de pace
 ubi de hac mat̄ia loquens
 sic ait. **O** q̄m bonū o q̄
 iocundū o q̄m dñi

nū est habitare fratres in vni.
 vt vni sit cor. sic vna volūtas.
 vna oīm aīma. et vna forma
 viuendi. **Hec ille.** Ad idem facit
 auctoritas augustini sup psal
 mo posita infra eadē parte ca
 plo xij. **Et hic est rectus ordo vi
 uendi.** ut sit volūtas vna. deinde
 concordia vita. ut dicit hugo. **Et
 aut conueniēter per cor volūtas
 accipiat pater.** Nam cor corpale
 est principū oīm motū spi
 ritualiū. **Vnde primi regū rīm
 samuel loquēs de dauid ait.**
**Quiesuit sibi dñs virū scdm
 cor suū.** id est scdm volūtatē
 suam. **Et sapiētia increata sic
 ait prois xij. fili da michi cor
 tuū id est volūtatē tuā.** **Hec
 autē vnāmitas volūtatū est
 valde necessaria in cenobitica
 congregacione viuētibz. quia
 ut dicit hugo in expositiōe re
 gule. si ego volo facē volūtatē
 meā. et iste suam. et ille suam.
 faciē diuisiones. oritur lites. ve
 quoq et rixē que sūt opera ma
 nis. que non decēt viros religi
 osos. quia per ingressū religio
 nis spoliauerūt se ppria volū
 tate pmitātes illū qui ait. nō
 veni facē volūtatē meam.
**Est ergo est nobis cor vni in
 deo quōdo quisq nostrū non su
 am sed alterius studet facē vo
 lūtatē in bono ppter deū
 vel scdm conformitatē volū
 tatis dei.** **Vnde generat obedie
 tia. crescat caritas. hūilitas at
 q iusticia et cetera virtutes.
 sicut sūt pax. cōcordia. correcep****

tio fraterna. parā. **Et de quibz
 per ordinem differet.** **Et vero p
 animā vita conueniēter intē
 ligatur pater.** **Est enī aīma
 qua pmo viuim? scdm plm
 Illi ergo dicuntur habere aīam
 vnā. quorū vita est vna. id ē
 vna viuendi forma. **Et hanc v
 monem aīe dilectio conglutiat
 Vnde de ionatha legit scdm
 regū rom. q aīma sua coglu
 tinata erat aīe dauid. **Et au
 gustin? de quodā amico dicit
 q̄to confessionū. dimidiū aī
 me mee. Siquidē deū diligi
 m? ex tota aīma nra. et proxi
 mū nostrū sicut nos. profec
 to aīma vni? ita conglutiat
 aīme alterius. vt quasi ab
 vna aīa fluat in nos vna vi
 ta. id ē vna viuendi forma.
**Vbi vero in aliqua congrega
 cōe ego volo ducere vnā vi
 tā. iste aliā. et ille aliā. ibi
 diuise sūt anime. diuise mo
 res et ceremonie. diuise vite
 et diuersi modi viuendi. Ta
 les et si congregati sūt in v
 na domo scdm primā con
 ueniam. non tamē sunt vnus
 moris in domo. quod p̄tinet
 ad scdmā conueniam. **Non il
 lis est aīa vna. sed quot suppo
 sita tot aīme. quot capita tot
 sentētie. quot hoīes tot mores
 quot aīe tot vite. quot vite
 tot viuendi forme. **Non hęc ui
 ta apostolica sed confusio babi
 lonica. non augustini regula
 sed abusio a nonnulla. non or
 do sed horror. **Vnde beatus au**************

gustinus in quodam sermone de
margaritis regularis institu-
tionis precipue hortatur fratres
ad unionem spiritualis unionis
dicens. Fratres dilectissimi como-
rantibus vobis in heremo in
nomine dei nostri. placeat secundum
apostolicam vitam unum senti-
re et vivere. In hac
autem vita permaneamus et nos
ipsum in ipsa deo auxiliante
fortiter teneamus. Hec ibi.

De obedientia. c. ii

Divina igitur virtus que
secundum hugonem ex unio-
ne cordis generatur
est obedientia. Que bene dicitur pri-
ma quia dicit augustinus in qua-
dam sermone. nichil sic deo
placet in religioso quemadmodum
obediencia. Nam una obediencia plura
valet quam omnes virtutes. Hanc
idem pater nobis primam prece-
pit in regula ubi dicit. Prepo-
sito tam patri obediatur. mit-
tomagis presbitero qui omnem vel
terram curam gerit. Vbi nomine pre-
positi intelligit prelatum vel
rectorem immediatum sub alio su-
periore plato monasterio preste-
tutum. prout ipsemet exponit
in quodam sermone ubi dicit
sic. Quibus omnes qui presunt
propositi rite dicuntur. usus ta-
men optinuit eos vocari propositos.
qui quandoque prioratus cura
sub illis placis gerunt. Et
illi apud nos vocantur priores
Et hoc congruenter accipit ab
eo quod dicit augustinus in prioratu
curam. Illi enim qui prioratus

curam gerunt recte priores vocan-
tur. Item in decreto observantia
regularis ipse appellat prela-
tum immediatum priorem locorum
de novitiis. Probet inquit in
omni consultatione sua ab illo qui
prior est. Nominem vero presbitero
intelligit sacerdotem illum cui cu-
ra animarum eorum generaliter in-
cumbit. Et talis in primitiva insti-
tutione ordinis fuit episcopus. Unde
etiam olim episcopi dicebantur
presbiteri ut. xxv. di. oli. et. c. se.
Unde patet quod ordo iste primitivus
institutus fuit sub ordinario re-
gum episcopi. qui sub se ha-
buit ponere fratribus unum pri-
orem claustralem qui erant diceba-
tur propositus adiectione quia alius
erat propositus. Qui quidem prior
etiam potuit esse laicus. Nec mi-
rum si tunc temporis laicus potuit
esse prior. cum et abbates illo tempore
potuerunt esse laici ut xxv. di.
a subdiacono. et xvi. q. i. gna-
liter. Immo etiam hodie potest
esse abbas quis irregularis in
minoribus ordinibus. qui etiam
non possit ad ordines superiores
promoveri. ut extra de qualitate
et etate ordinum in domino. Vel e-
tiam augustinus potuit ponere
eis unum de sacerdotibus eius-
dem collegii canonice electum.
quod est magis verisimile. et illi
committere de cura quantum sibi
placuit. quia tamen sacerdotes
quam laicos habebat in monas-
terio. et tunc propositus habebat
curam de omnibus. sed presbitero
de maioribus. Et enim habu-

erit aliquos sacerdotes pater.
 quia habuit euodiu. nebridiu
 pontianu et alipiu. quoru a
 liqui postea epi facti sunt. De
 laus etiā patet. quia multi
 eoru quos congregauerat per
 nemora sancti simpliciā erāt.
 quos etiā docuit quō deberent
 dīcī pater nī. ut patet in ser
 mone de orōne. et hoc statu
 ordīs primitiuo. Hodie vero
 nī ordo sit a iurisdicōe epī
 toporū exemptus in locū pī
 biteri succedūt priores prou
 tiales. et maxime ipse prior
 generalis qui omī nostrū tu
 tam gerit. In cōgregacione
 vero canonicorū regulariū ut
 pīmostratensiu ubi est abbas
 ipse intelligit nomīe pībī
 teri. Si vero non est abbas.
 hic epīscopus noīe pībīterī
 designatur. Igitur obedire pīo
 sūis et pībīteris nīis iubem
 a sancto pīe et pīceptore nīo
 augustino. pī et obedientia
 pīfitemī. Quā et non confidi
 mus nobīpīs ut pīsumam
 nos scire quid dīs velit a no
 bis. ideo comīsim⁹ nos supīo
 a nostro. ut ipse nos regat. et
 dedim⁹ sibi manū nostrā in
 pīfessione. ut ipse nos ducat
 in viam dī. Quā non licet nos
 amodo viuere pro velle se
 nostro. sed quo ductor nī
 nos ire iubet illic statim ire
 debem⁹. et quod ipse pīhibet
 debem⁹ cauere. Nos enī dedim⁹
 nos ei pīpter dēū et pīpter reg
 nū celoꝝ. et iā non sum⁹

nostri. sed eius cui nos vendi
 dim⁹. et ideo nichil licet nobis
 agē de nobis sine eius volū
 tate. ipse enī dīs est nostre
 volūtatīs. Et quia cōtractacio
 rei aliene iūto dño furtū est
 fur aut non appiat celo. caue
 at sibi frater ne quid uelit
 cōtra velle etiā pīter velle
 supīoris. Nec estimet quis le
 ue pīceptū pīpositū vel pībī
 teri tamqm ab homīe factū
 ac per hoc non necessario obe
 diendū. Dicitur enī in regu
 la sancti benedicti q̄ obediē
 tia que maioribus debetur
 deo debetur. Sup quo dicit be
 atus bernardus in libro de
 dispensacōe et pīcepto. Quid
 quid vice dī a maiore pīca
 pitur. haut secus atpīendū
 qm si deus pīcipiat. Quid ei
 interest otrā per se an per ali
 os mīstros siue hoīes siue an
 gelos hoībus inotescat sūi te
 neplacitū. Nec dicat quis q̄
 loquit de hīs que tradidit
 scriptūa vel ratio manifestat
 q̄a de hīs non est pīceptor ex
 pīcāndus nec pīhibitor au
 sciltādus. sed quod ita latēs
 vel obscurū esse cognoscatur.
 vel dubiū sit an deus sit vel
 aliter forte velit dūmodo hoī
 non sit certū displicere. In ta
 libus obedīdū est supīori
 ac si a deo pīcipiatur. Hec b
 nard⁹. Sic ergo in omī acti
 one sua sit dispositus frater
 quilibet ut supīori suo vera
 titer dicat illud verbū quod

ipse filius dei factus obediens
 usq; ad mortē dicebat patri.
Pater inquit nō sicut ego vo-
 lo. sed sicut tu. Non sic dicūt
 nec sic faciūt qui malūt ha-
 bere plures qui faciūt eorū
 volūtates. qm̄ contrario dicē-
 tes saltē in corde suo. Pater nō
 sicut tu. sed sicut ego. Tales
 sunt filii illi cōtra dñs dix-
 it. **Q**uid vis ut faciā tibi. ma-
 th̄ viii. **S**up quo verbo ait ber-
 nardus in sermone. q; tales se-
 mulla a quib; oportet ut supi-
 or querat quid velint quid fa-
 ciat eis qm̄ contrario. **U**nde i-
 vitaspaterū narratur de quo-
 dā qui venit ad quēdam ab-
 batē dicens. Velle habere ab-
 batē iuxta velle meū et mo-
 rari cū eo. **C**ui respondit ab-
 bas. **T**ū tu queris abbatē nō
 ut sequaris eius volūtatem. sed
 ut sequat tuam volūtate. **Q**u-
 ille audiens ait. **I**gnosce mihi
 quia gloriabar estimās me ve-
 dicit bene tū nichil timerem
Audui a quodā fratre va-
 lente et multū religioso habu-
 isse filiū confessionis qui dice-
 bat se a quodā spiritu raptū
 et ductū ante locū ubi cruci-
 atur dāpnati. **E**t tū videret
 iter alios unā personā plus
 ceteris horribilissime cruciari. **I**-
 terrogavit iste a ductore suo
 quid ille psona peccasset q;
 tā seivissime tormentaretur. **C**ui
 ille dixit. **I**nroga ab eo met et
 respōdebit tibi. **E**t tū ille que-
 suisset ab ea qre et qualiter

in hūc locū tormentorū tantorū
 venisset. respondit illa. **E**go fui
 mulier purissima de mūdo et
 multis sui occasio multorum
 malorū. preter pñā que caam
 corpe ppro nephādissime pecca-
 ui. **Q**uerēte aut isto quō ad
 hoc perducta esset. ut ita abu-
 tētur pulchritudinē que fuit do-
 nū dei. **I**lla respondit. **E**t desi-
 dia et nimia condēscione cor-
 dis mei hoc habui que nimis
 dimisit michi volūtatem meā.
Sic timendū est q; atadat ali-
 quibus frābus qui volūt ha-
 bē prelatos qui sequātur vo-
 lūtates eorū. **S**ed sciendū est
 sicut ait angelm̄ in libro de
 similitudinibus. tres sūt scdm̄ ip-
 sū gradus scilicet obediētia et
 inobediētia que sūt contraria
 vel extrema et licētia que est
 it eas quasi media. que quidē
 multos decipit prout ait ibidē
 ponens exemplū de ancilla
 que est mediū inter dñam et
 latronem. **H**ec enī ancilla est
 sub dñā sua nō contrariat a
 sicut latrona ac p hoc tenet
 mediū inter illas. **I**n multis
 tñ decipit dñam. **P**rocurat e-
 nī exire fingendo causas mul-
 tiplices. et nisi optineat licē-
 am intmittit opus. p̄tendit q;
 sit infirma. testatur. omil-
 te detrahit et sic de alijs
 ut ibi. **S**ic licētia quādoq; me-
 dantis pcurata vel extorta et si
 nō contriatur obediētie sicut i-
 obediētia vel rebellio. sepe ta-
 mē molesta est et detrahit vē-

obediencie sicut et defiat ab eius
 merito atq; fructu. Imo plerūq;
 nichil valet ut *ppm q vt n.* Et
 extra de cler quorūdā libro vi
Quidā frater solutus sepe dis-
 curere ad ciuitatē restratus est
 a priore suo ita q non nisi in
 casu necessitatis debet exire co-
 uentū. Sed iste tot mulas ne-
 cessitatis fuit. ne p̄tendendo
 se vocatū ad iherosolū. nūc ve-
 ad emendū pergamētū. nūc
 ad andelas. nūc hec nūc illa
 que videbātur necessaria et p̄-
 hena. sed sub damide talis lūc-
 re iuit. **H**ic frater quodā die
 transiēs p̄ locū ubi erat homo
 arreptus a demone qui grauit̄
 moribatur. rogatus ab incolis
 lon vt accederet et per cōiurā-
 ones et oratiōes suas demone
 expelleret. nō valens resistē pe-
 centibus venit ad illū. Et cū
 legisset iniciū facti euangeliū
 secundū iohānem et alia que
 sibi legenda videbātur subiūx-
 it. **P**recipio tibi in v̄tute sancte
 obediēcie vt exeras vasculū istū.
Iste demon de corpore obsessio
 respondit. **Q**uid tu michi ha-
 bes precipe in v̄tute sancte
 obediēcie: qui nūq̄m verus o-
 bediēs fuisti. **Q**uod ille audies
 verecūdatus et confusus abies-
 sit. **E**t si frater iste fuisset vere
 obediēs superioribus suis. cer-
 te iam demoniū illud obediss-
 sibi. sicut demones et insensibi-
 les creature obediērūt fr̄ibus
 illis de quibus infra primo
 caplo enarratur. **C**aveat at

sibi frater quilibet si merito obe-
 diēcie fraudari noluerit ne de-
 trahat platis suis. nec libēter
 audiat detrahē eis. quia des-
 spēaliter hoc vitium p̄mitit. vt
 patet in cham qui verēda pa-
 tris sui nudauit. et in hoc i
 maledictionē sibi irremediabi-
 lē acq̄suiit. **C**redat et pro ter-
 to habeat frater q deus inspi-
 raueat prelato suo q̄quid eū
 iusserit. et qd totū sit ad salu-
 tem aīe sue sicut domus b̄tis
 iheronim⁹ rusticiū monachū.
Prepositū inquit monastey
 timeas ut dnm. diligas vt pa-
 trē. **P**utes tibi salutare quid
 quid ille p̄cepit. **N**ec de ma-
 ioris sententia iudices. tui of-
 ficiū est implē et obedire que
 iussa sūt dicente **M**oyse

Audi israhel et tace

Nec iheronim⁹. **S**ic fecit qui-
 dam bon⁹ iuuenis fr̄. quem
 cū prior suus multis iūstior-
 bus verasset et ille omnia ius-
 sa infatigabiliter adimpleret.
 interrogauit eū prior an nō
 de tot et tam varijs tūitioni-
 bus fatigaret. **A**t ille hilāter
 respondit. **P**ater si nō fatigat
 vos p̄cipere. nec me fatigabit
 parere. **D**e v̄tute et efficacia

fructu q̄ vere et sancte obediēcia

Vante e **C** m

Quāte v̄tutis et effica-
 cie sit facta obediēcia
 religios. patet ex multis exē-
 plis antiquorū. **L**egitur enī i
 vital patrū de quodā fratre
 valde volūtario et p̄mpto

addit

ad obedientiam. quem cum abbas
 suus mitteret ad afferendum fimum
 bovis in quodam loco ubi erat v
 na leena. et iste dicit. Pater a
 multis audiui quia in illo lo
 co mala bestia leena est. Tunc
 dixit ei abbas quasi ioculati
 ter. Si venerit super te tene et al
 ligam eam et adhuc eam tecum.
 Cum autem frater venisset ad lo
 cum statim egressa leena irruit su
 per eum. Ille autem comprehendens eam
 tenere voluit. Illa vero se exu
 tiens de manibus eius aflu
 git. Sequitur autem eam dicens.
 quoniam abbas meus precepit
 michi ut alligarem et perducam te
 ad eum. Et statim stetit et tenens
 eam revertebatur ad monasterium.
 Quod cum ille videret admiratus
 et valde gratias agens
 deo. Volens autem hu
 miliare discipulum ne extolleret
 se in cogitationibus suis ait ei.
 Sicut tu insensatus es. ita et
 ista insensata bestiam adduxisti.
 Solue ergo et dimitte eam. ut
 pergat ad locum suum. Item
 ibidem de quodam alio fratre qui
 cum abbas suus misisset per obe
 dientiam ad hauriendum aquam
 longius oblitus est tollere funem.
 Cumque pervenisset ad puteum con
 tristatus est valde nesciens quod
 ageret. Tunc prosternens se in o
 ratione cum lacrimis dixit. Domine
 miserere mei propter servum tuum
 qui me misit. Et exurgens ex
 clamavit dicens. O putee pute
 e. misit me abbas meus ut hanc
 hauriam aquam ex te. Et statim

aqua sursum ascendit usque ad os
 putei. Et cum lagenam suam imple
 set frater abiit glorificans de
 um et aqua putei reversa est in lo
 cum suum. Item de quodam fratre
 quem volens abbas suus exco
 munitate quoniam otiosus esset precepit ei ci
 gare virgam ardam qui per duo
 miliaria propriis humeris aquam
 portavit. Que virga ex virtute
 obedientie tertio anno floruit et
 fructum protulit. qui vocatus
 fuit fructus obedientie. Quam
 arbustulam sanctus severus in
 suo dialogo dicit se videri. Et
 tunc de quodam alio fratre quem
 cum abbas suus misisset per obe
 dientiam ad vicum pro negotio su
 o. ille autem timeret illum ne
 forte per aspectum alius fecerit
 scandalizaret. dixit ei abbas.
 Orabo deum ut proteget te ab om
 ni temptatione. Cum autem venis
 set ad vicum pulsavit ad domum
 ubi negotium referre habebat.
 Et cum in domo non esset nisi v
 na iuvenca. illa aperiens ostium
 invitavit fratrem ut intraret
 donec pater adveniret. Iste non
 acquiescente. illa traxit eum et
 prevaluit. Iste videns quia ad
 peccatum traheretur ingemuit et
 clamavit ad deum dicens. Domine
 propter orationem eius qui me misit
 salva me ex hac hora. Et cum hoc
 dixisset subito inventus est ad
 flumen iuxta monasterium suum
 et reversus est frater sine manila
 ad patrem. Item de beato paulo
 vocato simplice discipulo beati
 athony. cuius obedientiam sanctus

anthoni⁹ probare volēs iussit eū
 stare an fores cellule sue et orare
 donec ipse egeretur. Quod ipse
 fecit per diem et noctē stans im-
 mobilis in loco orans. **C**Alia vice
 tū idem in rōgregatione fratru
 aliquid absurde querēt. sanctus
 anthoni⁹ blando nutu cū silere
 et abire iubet. **E**t ille abscedens
 ad cellulā suam per multos dies
 silentiū tenuit. donec sanctus an-
 thoni⁹ precepit sibi loqui. et tū
 sanctus anthoni⁹ illud verbū in-
 aduertēter dixerat. Hinc ad pro-
 bandā perfectā obedientiā. prece-
 pit. que nec rō n̄ causa possent si-
 ne haurire aquā ex puteo tota
 die et in terrā fundē. sportellas
 contextas resolue. et denuo vesti-
 metā resuere et iterū facere. et
 plūibus talibus exercitiis cū proba-
 bat. sed ipse in nullo profusus con-
 mūdētis p̄mptissimo affectu et
 pio peragebat omnia. et ita per-
 pet omnia in breui ad tantā per-
 fectionē venit ut maiora mira-
 cula faceret qm̄ ipse sanctus an-
 thoni⁹. ita q̄ p̄pter perfectissimā
 obedientiam suā etiam ipse deū
 quodāmodo sibi obedire coegit.
Quadā enī die tū quidā deo
 niatus adductus fuisset ad eū
 nec teler curatiois eius sequētur
 effectus. quasi infantū more de-
 dignatus ait ad dñm. Vere nō
 manducabo hodie si eū non cu-
 raueris. **E**t statū curatus est. **I**
 tē de alio fratre qui mīto obedie-
 re hoīem mortuū in via iacē-
 re suscitauit. **I**tem seuerus
 in suo dialogo narrat de obedie-

tia cuiusdam qui p̄misit onem o-
 bedientiā abbati et q̄ in igne
 ire non recusaret si abbas impe-
 rāret. Cui tū causa p̄bandi eū
 abbas iussit intrare cibariū il-
 le nō distulit. et flāma cessit ei
 sicut tribus pueris hebreis. **I**
 tem iohānes cassian⁹ in vlti-
 mis patru refert de abbate mu-
 rio q̄ ipse ad preceptū patris
 monasterij p̄p̄riū filiū suū per-
 uulū ad flumen proiē non
 dubitauit. et fecisset nisi puer
 ex industria quodāmodo de al-
 uo creptus fuisset. in quo eū
 opus abrahe fecisse reuelatū
 fuit seniori. **I**tem in collationi-
 bus patru de fratre nobili au-
 dicit senex ut decem sportas p̄
 plateas humeris deferret ad vē-
 dendū et ut diutius in hoc of-
 ficio tenētur non simul vni sed
 singillatū venderet quod ille de-
 uotus impleuit. **I**tem est exem-
 pli de beato mauro discipulo
 beati benedicti qui vocatus a
 b̄to benedicto curauit super a-
 quā nec scivit aquā. quod s̄c̄
 tus benedictus non suis meritis
 sed obedientie discipuli sui ipu-
 tauit. ut s̄c̄o dyalogo r̄i caplo
 vii aut gregorius. **I**tem moder-
 nis tēporibus de quodā fratre
 n̄co cui⁹ obedientiam prior su⁹
 probare volens tū esset magna
 pluuia iussit eū stare sub stil-
 la canalis donec eū renouaret.
 quod ille obedienter fecit. **I**tem
 de quodā fratre amapatio qui
 tū extraheret vinū de vegete
 vocatus a pore suo mox iussit

ad eū dimissa āphora ante ve
getem et retēto ducallo in ma
nu. quod tū prior tēneret suspi
catus effusione vini et intrās
in cellariū inuenit foramen
quidē vegetis apertū sed vinū
stansse. sed nō effluxisse. tū ta
mē in vegete sans esset de vino.
De quo prior valde miratus as
scripsit hoc miraculū obediē
cie pmppte fratris. **I**tem de be
ato frē nicolao de toletino fer
tur. q tū semel fuit cōfirmat
ita ut fratres de vita eius du
bitarēt. vocatus medicus ius
sit eū carnes comedē. quod ip
se recusauit donec prior qui e
rat in hoc loco sibi pcepit. Tūc
āgustianus vir sanctus vocato
priori loci dixit ei. generali oī
no est obediendū. hoc est eū qd
promisi. hoc est quod saluator
meo suq; sanctissie genitricis et
bto augustino primo optuli
et usq; ad mortē seruare cupi
ui. Cū ergo prior et infirmari
us carnes sibi offerret comedē
das. ipse oīno obedire volēs ac
cepta parua ptaula semel tā
tū gustauit de carnibus dicit.
Ecce obediui. nolite me āplius
de vitio gula molestare. quia
melioris medici adheci consilio
Et ex tūc celeriter est sanatus.
Quod certe nō elui tāille car
nis. sed celestis medici medicinā
et merito obediēcie attribebat.
Item fertur de eodē q tū qua
dā vice in infirmitate sua vna
pardū affata ad manducan
dū sibi fuisse apposita. et ipse

de ea comedē recusasset. pcepit
fuit sibi a priorē per obediētiā
ut manū poneret ad manducan
dū. At ille volens obedire ī genu
it et eleuans oculus in celū fac
to crucis signo manū ad pardi
cē posuit et ecce pardū reuul
tens protin' auolauit. **I**tem de
fratre alio valde pmprio ad sin
gulas obediēcias superiorū suo
rū qui cū esset ipacatus ad dūc
dū missam. rane que multe e
rant in loco illo tantū vocatō
bātur q per eas frēs in deuotio
ne sua non parū impediebātur.
Dixit ergo prior isti quasi iocula
riter. Vade dic illis bestijs q ser
uent silentiū. At frater iste vadēs
ad lacū fluuiale ubi rane erāt
et facto signo crucis dixit hec v
ba. In nomie dñi nostri ihesu
xpi pcepto vobis vt taceatis.
Et ex tūc non est auditus cla
mor huiusmodi ranarū in loco
illo. **I**tem de alio fratre in loco
obediēcia bene et diu exercitatio
qui quēdam hoīem a pluribus
demonibus obsessū liberauit co
ram vniūso populo in ecclia p
ter hoc congregato. Cū enī lec
tis sanctis euangelijs et alijs o
rationibus factis pcepit eis per
sanctā obediētiā dñi nostri ihesu
xpi ut exirent corpus illud et
nūqm̄ alicui homī nocerent. et
mones cōtremiscentes ad fratres
obediētis obediētiā. tū magno
strepitu exierunt et fetorem in
tolerabile post se reliquerunt.
Item quod populus fratē il
lū multū venerari cepit. sed ip

se manē gloriā fugiēs de ter
ra illa recessit. **C**olligam⁹ ex
go ex hys omnibus exemplis quā
ta sit virtus obediēcie que lee
nā ferocissimā domavit. aquā
putei suelū ascendē fecit. virgā
aridā fructificavit. fratrē subitō
de loco ad locū transiit et a for
matione p̄servavit. ipsū deū ad
expulsionem demonis cōpulsit.
mortuū suscitavit. flāmam ignis
redere coegit. affectū naturalem
patris ad filiū ligavit et pue
rū a dimissione p̄servavit. su
perbiā in nobili hūiliavit. fra
trē sup aquas ambulāe fecit. p̄
bradiū supportavit. vinū ne
efflueret cōservavit. fratrē de in
firmitate sanavit. parditē assā
ruūscē fecit. vanis silentium
posuit. demones de obsessis cor
poribus expulit. **I**tem lapidem
fractū reintegravit. et saxum i
mensū de loco hūstulit. ut Isra
mo proximo p̄ gregoriū. **E**cce
quāta est virtus obediēcie que
naturis reū sic multipliciter
p̄servavit. **N**ec mirū quia ipsa
scdm̄ augustinū etiam ipsū
factore creaturarū filiū dei de
celo ad terrā posuit. quē etiam
in cruce clavis affixit. **E**t ut
dicit bernardus. **I**n tantū ipse
filius dei dilexit obediēciā ut
tūc daret vitam qm̄ perderet
obediēciā. **D**e hac sancta obedi
entia legitur in vitā patris q
quidā sanctus pater vidit qua
tuor ordines in celo. **P**rim⁹ erat
infimorū hoīm gratias deo a
genū. **S**ecund⁹ hospitalitatē

sectantiū et instāter eis ministri
cū. **T**ertius in solitudine tūce
santiū. **Q**uartus corū qui ad
obediēciā spūalibus patribus
se subiciit p̄ter deū. **E**t iste q̄
tus ordo torque aurea utebat.
et maiore qm̄ aliū gloriā ha
bebat. **E**t dixit hic pater ei qui
hoc sibi ostendebat. **Q**uō iste or
do qui paru⁹ est maiore qm̄ a
liū habet gloriā. **A**t ille respon
dit. **Q**uia qui hospitalitatem
sectatur. scdm̄ p̄p̄iam volunta
tem idipsū facit. similis qui
in heremo se religant arbitrio
suo de seculo recesserūt. hic au
tē ordo qui se ad obediēciā de
dit omnes voluntates suas abia
ens pendit ad deū et ad iussio
nē patris spūalis. p̄terea ma
iorem alijs habet gloriā. **Q**ua
p̄ter inquit iste pater o fili bo
na est obediēcia que p̄ter deū
fit. **I**ntendite igitū filiū virtutis
hui⁹ obediēcie aliquod ex par
te vestigiū. quia obediēcia sal
est oīm fidelū. genitrix virtu
tū. celos virtute aperiens. hoīs
de terra elevās. cohabitatrix a
glorū. abus oīm sanctorum.
Ex hac enī ablectati sūt et p̄
hanc ad perfectionē pervene
rūt. **C**ū ergo tante virtutis sit
sancta obediēcia penset frater
q̄ntū delinquat qui hoc quod
sibi in virtute scē obediēcie
p̄cipitur facē negligit et con
tēpnit. **T**alis est peior demone
qui obediēti homī obedit.
Unde frater iohānes de vibio
vltima centū annorū senex qui

triatu lxx annos in ordine iure
prehesibiliter vixerat cū ageret
in extremis interrogatus a fratri-
bus me presente quod eis ver-
bū salutis pro testamēto relin-
queret. respondit obedientiam.

**De beniuolētia prelatorū erga
subditos. C. iij**

Sicut autē subditus
voluntatē suā prelatorū
volūtati subicit per obe-
dientia. ita vicuerfa p̄latus
debet condescendē subditis per
beniuolentia. Vnde beatus au-
gustin' cū dixisset in regula.
honore corā vobis p̄latus sit vo-
bis. statū subdidit. Timore corā
deo substratus sit pedibus vris.
Et iterū. Ipse qui vobis p̄est
non se existimet potestate do-
mīante. sed caritate seruiente fel-
tem. Officiū enī prelationis ī
ordine non est officīū potesta-
tis. sed caritatis. nō honoris sed
oneris. non dñi sed serui. Ex-
emplū in ipso vero pastore qui
non venit ministrari sed minist-
rare. Ego inquit in medio ves-
trū sum sicut qui ministrat.
Sic et ap̄lus paulus. Cū esse
inquit liber in omnibus. sicut me
seruū feci. Huiusmodi autem
prelatorū seruitus duplex est.
scilicet corporalis et spiritalis.
Corporalem quidē seruitutem
interdū et in casu expedit sub-
ditis ipendere. sed non semper.
Vnde et dñs noster semel legit
lauisse pedes discipulorū suorū.
In tpe illo videlicet qñ volebat
ab ipsis separari. et relinquē eis

exemplū humilitatis pro uliō
valete. Item b̄tus martinus le-
gitur interdū calciamēta fa-
mulo extraxisse. nō q̄ semper
et in omnibus seruiuit nisi se-
cundū preparationē animi. Sic
et magister h̄ericus de vman-
a de quo infra cōmemorabitur
socio seu fratri seruienti sibi re-
seruire consuevit in tingendo
capā et in aliquibus huilibz
exhibitionibus ipse tamē statu
suū tenuit magistrālē. Sic er-
go in talibus seruicis corporali-
bus plerūq; conuenit p̄latis.
subditis condescendē siue pro ex-
plo. siue pro necessitatis vel uti-
litatis articulo. Non tamē expe-
dit se nimīū seruiles uel huī-
les in talibus suis subditis ex-
hibē. ne apud eos quos oportet
esse subditos dñi nimīū seruiat
huilitas frangat regendū aut
toritas. vt ait idē preceptor n̄r
in regula. Spūalis vero serui-
tus prelati attendit tam in ac-
tu interiori qm̄ in actu exteriori.
Interior quidē quia licet ipse
alijs sit ippositus in honore de-
bet tamē alios sibi ipponere in
orde. Vnde dicit hugo in exposi-
tione regule. Quāto plus prela-
tus honorat exterioris. tanto oportet
ut deū timeat atq; semetip̄
despiciens eos a quibus honor
impeditur sibi in cogitacione pe-
ponat. Et ex hoc generat in eo
beniuolētia per quā volunta-
tē subditorū in se translatā nō
ad suū honore vel cōmodū cō-
uertit. sed ipsam ad bonū ipso

cū subditorū refundit. quatinus
 sicut subditi sibi ipsi bene velle
 si velle eis adesset. sic p̄latus eis
 bene velle et inde data est beuo
 lencia. Est enī de prelato sicut de
 tutore alicuius minoris. qui per se
 ipsi non habet administrationē
 bonorū suorū sed per tutore. Hic
 tutor si bona pupilli bene et fide
 liter conservat laudat. si vere ad
 usus suos ea distrahit legibū re
 us tenetur. Sic in proposito de pre
 lato qui habet voluntatē subdi
 ti in potestate sua quasi sub tu
 tela ut dictū est. In actu enī ex
 teriori attenditur servitus p̄lati
 quia quidq̄ bene agit in officio
 quia totū ē i servitiū corū pro qui
 bus fit. Sive enī corumpat inq̄
 uos. sive enī consoletur pusilla
 nimes. sive suscipiat infirmos
 sive per patientiā supportet neg
 ligētes. sive disciplinet delinquē
 tes. sive liget peccātes. sive sol
 vat penitentes. Osa inq̄m hec
 et si honorē annexū habeat. ta
 mē sūt opera spūalis servitu
 tis. et quantū ad hoc p̄lati sūt
 serui subditorū. Unde et sūmus
 prelatus ecclie se serui seruorū
 appellat. iuxta illud. Seruie
 rant tibi roma prius dñi dño
 tū. Seruorū serui nūc tibi sūt
 dñi. Tales autē actus servitutē
 procedūt ex actu benivolentie
 que eripere solet interdū cum
 quādā pia māsfuetudine et le
 nitate. q̄nq̄ vero cū quādā au
 stera asperitate. et utriq̄ ex eo
 de fonte benivolentie. procedit in
 bonis prelatis. et boni subditi

ita unū sicut aliud equanimiter
 amplectūtur. **De mansuetu
 dine et lenitate p̄i prelati exem
 plū in beato martino tuconen
 si ep̄o. de quo legitur q̄ magne
 et mire benivolentie fuit erga s̄b
 ditos suos. non solū circa bonos
 et bene agētes sed etiā circa delin
 quētes. quia dñes volentes peni
 tere et carere delictū. compassiois
 et misericordie sinu recipiebat.
**Nam tū et diabolus sanctorū
 martinū reprehēderet q̄ semel
 lapsos ad penitentiā reciperet.**
 eadē respondit. Si tuipe o mi
 serabilis ab hoīm infestatione
 desistes. et te factorū tuorū peni
 ter. ego tibi in dño confisus est
 ti misericordiā polluer. Itē exēplū
 de fratre demēte de marcia ato
 niana olī priore generali or
 dinis qui nomē dementis a re
 sūpsit. quia fuit vir mire demē
 ne et pietatis ac magne sancti
 tatis. tam deo carus q̄m homi
 bus. totus graciosus. per quem
 deus multa miracula ostendit
 in vita sua. et demū in morte
 sua in p̄ntia turie et om̄i dño
 rū cardinaliū tempore dñi ni
 colai pape quarti magnis mi
 raculis claruit. et in urbe veteri
 ubi discessit p̄pter miraculorum
 plūalitatē et magnitudinē p
 plures ebdomadas de mādato
 eiusdē pape inhuātus stetit. af
 ferentis nō esse dignū q̄ corpus
 tāte sanctitatis tra obrui debet.
 Tanta etiā multitudo ppli ad
 videndū corpus illud ex singu
 lari deuotioē ceteruati irue**

bat. q̄ ppter nimiam pressuram po-
 pulorum oportebat civitatem ue-
 bis veteris plures domos effrige-
 re et vicum commune ad locum ten-
 dentem ampliare. ut sic populo libe-
 rior accessus preberetur. De eius
 corpore tpe validissimo nulla hor-
 renda qualatio. sed potius odor
 suavissimus flagrabat. ut testa-
 batur venerabilis pater domi-
 ni benedictus cardinalis qui fu-
 erat filius sue confessionis et ex
 specialis devotione illud corpus
 benedictum plures visitavit. Et
 etiam postea factus est papa bo-
 nifacius octavus. **C** De austerita-
 te vero duri et asperi prelati p-
